

13
Disputatio XI.

De Communicatione natura-
rarum, & earundem Idiomatum
in Christo,

PRO FORMVLA
CHRISTIANÆ CON-
CORDIÆ.

Quam assistente divinâ gratiâ,

SUB PRAESIDIO,

Reverendi & Clarissimi Viri,

Dn. LEONHARTI HVT-
TERI, S. S. THEOLOGIAE DOCT.
& Professoris in celebri Academiâ VVite-
bergenſi Publ. in Collegio disputationum
Theologicarum privato proponit
& exhibet

HERMANNUS SAMSONIUS
Rigâ-Livonus.

Ad diem 7. ianuarij horis Pomeridianis.

VVITTEBERGÆ

Ex Officina Cratoniana, Anno 1604.



Magnifico Dn. Burggravio,
AMPLISSIMIS CLARISSIMIS CONSULARIBVS, CÆ-
TERISQUE PRÆSTANTISSIMIS PIETATE, PRU-
dentia, virtute & doctrina Senatorij ordinis
in inclyta Repub. Rigensi viris
Patriæ patribus

Dominis suis omni observantiæ cultu
prosequendis,

*Hæc themata sua Theologica contra primarios Ecclesiarum
ymonicos protestantium antagonistas
directa.*

In subjectionis & gratitudinis testificationem
officiose dedicat atq; inscribit.

Respondens.



Disputatio undecima de communicatione naturarum & earundem idiomatum in Christo.



Un mystery incarnationis sit ἡ ἐκ γενεῆς ἐκ
λόγον ἡ ἐκ κατὰ ληψιν, teste Iustino & sit ἀφρα-
σον, & ἀρρητον: Ideo Spiritus Sanctus ad nostra men-
tis ἀρρώσιαν συγκαταβαίνων, arcanum hoc à poste-
riori & ab effectu aliquo modo nobis pensitandum in-
dulsi.

II. Cum ergo proxima συζητήσει satis fusè articulus de personali unione expeditus sit: Convenientem cum analogia fidei Articulorum Collationem qui ad sese mutuo, ut Antecedens & Consequens, vel ut terminus à quo & Terminus ad quem habent, hac presenti Διασκεψει instituemus: & ad perspicuam duplicis κοινωνίας διασάφησιν descendemus: Quarum altera est de communicatione naturarum: Altera de earundem ιδιωμάτων κοινωνία & participatione.

III. Non enim in hoc mysterio τὸ ἡ ἀρκείμενον γένος, sive res proposita tantum καὶ ἴδιον πάθος, sive καὶ ἀν αὐτὸ συμβεβηκός, hoc est secundum propriam sui affectionem, vel proprietates essentielles, dispiciendum venit: Quae opinionis vomica insigniter & Calvinianorum & Esavitaram animos venenavit: Sadeel f. 9. de veritate humanae naturae. Beza in quaestionibus & responsionibus de Persona Christi. Pezel. & Grab. contra D. Hunnium f. 279. Vide Resutationem Testamenti Peuceri f. 49. Bellarm. l. 3. de incarn. Christi c. 9. & 10. Sed etiam spectanda hic sunt ἐνδεχόμενα, hoc est, contingentia, quae τῷ ἡ ἀρκείμῳ γένει non καὶ ἀν αὐτὸ insunt, sed aliunde obveniunt.

IV. Nā ex hoc posteriore genere attributionis, equè: ac ex priore conclusio fit ἀποδεικτικὴ dummodo suas causas proprias, & absolutas habeat, quibus inventis ipsa etiam ἀπόδειξις inventa est, docente Philosopho.

V. Proinde & Esavitae & Calvinianae (quippe hic ut squamae in corpore Behemoth Job. 41. v. 6. coherentibus, quod factum anno 64.) huius disputationis agonia nos bellum illaturi, evincere pro virili tentabimus, quod unio & communicatio ut relatum & correlatum vel potius ut causa & effectus necessario cohaereant: Et ut communio cogitari nequit, nisi substernatur unio: Ita vicissim ἐνωσις ne ratione quidem cogitari possit, nisi inferatur comunicatio.

CAPVT I.
In quo de Origine & statu controversiæ
agitur.

VI. Calviniani insigne Ψ ευδογροφίματ Θ , & stellionatus crimen circa originem huius controversiæ in γνησίως protestantes admittunt, dum disertè bis mentiuntur, nostros dogma de omnipresentia corporis Christi excogitasse: 2. Realem veri & realis corporis Christi presentiam in pane absq; commento illo ubiquitatis constitui haud posse. Sadecl in præfat. ad principes. *VVitakerus* in libro contra *Campianum* Iesuitam, de Sacramento Cœnæ.

VII. At ληρῶσι ληρῶν ἐπεσβόλοι. Ad primum respondeo, Orthodoxam de omnipresentia corporis Christi fidem immotæ scripturarum basi inniti, non figmento Lutheranorum, quod postmodum ad oculum demonstrabitur.

VIII. Ad secundum respondet B. Lutherus f. 555. in Catechismo maiori, qui insertus est Formula Conc. editione Lipsensi anno 1602. Item form. Conc. Articul. 7. f. 756. Vbi liquet quod B. Lutherus in hoc certamine Eucharistico ad disputationem de omnipresentia corporis Christi descendit, id factum non Ἰσχυρισματικῶς , ἢ κατὰσκευαστικῶς, ἀλλὰ ἀνασκευαστικῶς.

IX. Proinde originem huius controversiæ referimus cum form. Conc. ad Calvinianos, & cum primis ad Zwinglium, qui, cum esset in controversia Eucharistica ex verbis institutionis à B. Luthero exarmatus, mutata belli sede in articulo de Persona Christi receptum quasi vit.

X. Duplici autem modo controversiæ huic movendæ ansam dedit. Primò obiecit B. Luthero, si Corpus Christi simul in cælo & in terris in Cœna Domini præsens sit, necessario illud non esse verum & humanum Corpus: Talem enim maiestatem soli Deo tribuendam, Corpus verò Christi nequaquam illius capax esse. Secundò, Propositiones & Prædicationes, quibus utimur in hoc mysterio, hæreticissimè explicavit.

XI. Status autem controversiæ ex form. Conc. colligitur talis: Annè divina & humana natura in persona Christi eo modo sint unitæ, ut veram inter se communicationem habeant, & in hac arctissima & realissima copulatione quicquam sit unitum, quod non etiam fuerit communicatum: adeo, ut per & propter unionem hypostaticam non tantum humana Christi natura in ac per se, sed ipse Filius D Ἰ verè & realiter sit, incarnatus, passus & mor-

turus

tum secundū carnem: & Christus secundum utramq; naturam, quamvis non pari modo, sit redemptor, mediator noster, ac caput Ecclesie suae. Et tandem, an natura humana Christi acceperit verè sive realiter à λόγῳ divinam eius maiestatem sive idiōmata divina & sic omnipresensiam quoq;. Quē statum orthodoxi tenent: Heterodoxi Calviniani, ac Iebusitæ negant.

CAPVT II.

Status huius declaratio, & probatio.

XII. De naturarum communicatione sic docemus cum Formul. Conc. Quod iam post factam incarnationem non qualibet natura per se in Christo ita subsistat, ut utraq; persona sit separata, aut quod utraq; personam singularem constituat, Sed ita naturas unitas esse, statuimus, ut unicam tantum personam constituent in qua simul personaliter ambæ, divina & humana natura assumptæ sine unitæ & subsistant: ita quidem ut iam post incarnationem ad integram Christi personam non modo divina sed etiam assumpta humana natura pertineat, & quod persona Filij Dei sine divinitate sua ita etiam sine humnitate sua non sit integra persona. In Christo igitur non sunt duæ distinctæ, sed tantum unica persona, non obstante, quod duæ distinctæ naturæ utraq; in sua essentia & proprietatibus naturalibus inconsusæ in ipso reperiantur.

XIII. Ex hac descriptione diserte patet, λόγον non παρασάικῃ, aut οχέικῃ quadam inhabitationis societate naturæ assumptæ iunctam esse: Sed carnem assumptam quippe per se & ex se ἀνυπίστατον reali participatione factā esse κοινωνὸν ὑποσώσεως τοῦ λόγου: valeant hic duo illi classici loci Coll. 2. v. 9. Hebr. 2. v. 14. Vnde ἐκ τῶν ἐνωθέντων εἰς ἀλλήλα περιχρησῆσαι concretū de concreto altero realissimè & verissimè enunciatur, dū secundus homo ipse Dominus de cælo 1. Cor. 15. v. 47. Filius Mariæ altissimi filius Luc. 1. v. 31. disertissimè nuncupatur.

XIV. Quare hoc loco ex Calviniano, in quo consistat personalis unio? Respondet in eo, quod λόγῳ sustentet humanam naturam. Si urgeas, quid quaeso est sustentari humanam naturam in λόγῳ? Respondet nihil aliud, quàm humanam naturam unitam esse λόγῳ personaliter. En ἀδολεσχίαν & circularem argumentationem. Unionem personalem esse sustentationem humanæ naturæ in λόγῳ: Et sustentationem humanæ naturæ in λόγῳ esse personalem unionem.

15 Huc pertinet propositiones: DEVS est homo, & homo est Deus: Filius hominis est filius DEI, & Filius DEI est filius hominis, puta personaliter.

16 Executienda hic venit non incommodè regula ex consensu Calvinistico

f 243. Cum Deitas & humanitas sint distincta & disparata, ideoq; etiam neque DEVM esse posse hominem, neq; hominem DEVM.

XVII Huic falsissima regula opponimus Catholicum illud essatum: Verbum caro factum est. Ioha. 1. Si jam verbum, ex hypothese Calviniana, non potest esse caro, quinam obsecro Verbum verè caro factum est. O insignem $\epsilon\pi\epsilon\sigma\lambda\omicron\tau\eta\tau\alpha$. & $\chi\upsilon\sigma\epsilon\iota\alpha\upsilon$ ad subrundam ipsam unionem.

XVIII At, inquiunt, ex Seraphica & Cherubica sua Theologia hi sapientuli: Homo Christus est DEVS, non quia homo, sed quia DEVS: Aut Christus Deus est homo, non quia DEVS, sed quia homo: Aut Christus est filius DEI, non quia homo, sed quia DEVS: Aut verbum caro factum est, h. e. Verbum assumpsit quidem, & habet carnem, sed non est caro: Ab hac sententia Bellarminus non est alienus lib. de Incarnatione 3. c. 9. Vides hic lector semina $\alpha\lambda\lambda\omicron\iota\omega\sigma\epsilon\omega\varsigma$ Zvinglianae, & $\mu\epsilon\tau\alpha\delta\omicron\sigma\epsilon\omega\varsigma$ $\omicron\nu\omega\mu\acute{\alpha}\tau\omega\nu$, $\chi\epsilon\zeta$ $\omicron\nu\acute{\upsilon}\chi\omega\nu$ $\lambda\epsilon\omicron\nu\tau\alpha\varsigma$ cognoscere disce.

XIX Opponimus autem huius impietatis abortui hoc $\alpha\lambda\epsilon\zeta\eta\tau\eta\epsilon\iota\omicron\nu$ $\Phi\acute{\alpha}\rho\mu\alpha\kappa\omicron\nu$. Reciprocam quasi naturis istis diversissimis ex unionis mysterio conditionem obtigisse, ut quemadmodum $\lambda\omicron\gamma\omicron\textcircled{C}$ caro factus esse dicitur: Ita vice versa, homo ille & caro illa DEVS esse credatur: neutrum scil. natura propria in diversam transmutatione, sed utriusq; verissima unione.

XX Non enim hic quaeritur de naturis $\kappa\alpha\iota$ $\acute{\alpha}\nu\tau\omicron$ ponderatis, Vnde scilicet Christus habeat, quod sit naturalis DEI filius, aut naturalis hominis filius: Sed de Persona quaestio est: Sive ergo filium hominis, sive filium DEI nominaveris, non naturam, sed personam unam, eandemq; nominasti, quae est propter personae unitatem & DEVS & homo, DEI & hominis Filius, De proprietatum $\kappa\omicron\iota\nu\omega\nu\iota\alpha$ postea.

XXI Queritur de natura praedicationis circa has propositiones? Respondemus, inusitatas eas esse: Quia causa ipsa, nempe unio hypostatica, cuius respectu praedicationes istae vere, ac reales esse creduntur, est inusitata, est $\epsilon\zeta\alpha\iota\epsilon\tau\textcircled{C}$, est $\mu\omicron\nu\omicron\tau\epsilon\tau\textcircled{C}$.

XXII Has inusitatas praedicationes reales vocamus, quia ipsa unio realis, imò realissima est. Valeat hic regula Nazianzeni: Dialo. 1. à Theodoro posita: Qualis quaeq; res est, talis de ea praedicatur veritas.

XXIII De vocabuli concreti & abstracti contra Calvinianorum $\mu\epsilon\theta\omicron\delta\epsilon\alpha\upsilon$ $\kappa\epsilon\tau$ $\Phi\lambda\upsilon\alpha\gamma\iota\alpha\upsilon$, haec nostra est sententia: Per concretum intelligimus ipsam personam subsistentem in duabus naturis: Per abstractum notamus ipsas naturas in Christo distinctè quidem, sed non divisim, aut separatim, hoc est, extra unionem, & verum semper in ea consideratas.

XXIV. Vnde in predicationibus adhibenda venit cautio. Nunquam enim abstracta de se invicem dicuntur: In ipsa quippe unione sine confusione naturae manent distinctae. Non ergo rectè dixeris: Divinitas est humanitas & contra concreta: verò de se invicem enuntiatur, ut Deus est homo & contra. Rursus abstracta non possunt predicari de concretis, neq; concreta de abstractis: Et licet hoc fiat, puta cum de humana natura in abstracto predicantur divinae naturae propriae, sensus tamen semper est concretivus. Atq; hac de communicatione naturarum.

De communicatione ἰδιωμάτων, seu proprietatum.

XXV. Quia naturarum ad se invicem κοινωνία necessario infert τῶν ἰδιωμάτων participationem, juxta παλαιοῦ θεολογίου illud Damasceni essatum: φύσις ἀνιδίωτος πάντως, ἔανύπαρκτος: Natura enim est causa propriorum & qui suscipit naturam: Suscipit etiam naturae propriae in personae unitate: quippe ὑπόστασις τῆς λόγου & eius ἰδιώματα realiter nō differunt sed sunt quiddam τῶν τοῦ ἰδίου λόγου & eius ἰδιώματα inter se convertantur.

XXVI. Nos de hac κοινωνία differemus primum in genere deinde in specie ipsa idiomata quorum facta est communicatio, excutiemus & rimabimur.

XXVII. Obijciunt hic statim nobis in frontispicio adversarij ἰδιώματα ἀκοινωνήτα esse, & dici de aliqua re requirere, inesse: Imò inquirunt, proprietatum diversarum κοινωνίαν, partim oppositum in adiecto, partim μετέθεσιν & σύγχυσιν Eutychianā gignere: Vide Sadeelem f. 14. Bellarm. l. 3. de Incar. c. 10.

XXVIII. Respondet autem Formula Concordiae. Proprietatem unius naturae essentialem, nunquam fieri alteri naturae essentialem, ita ut ei insit ceu forma quaedam, vel habitus in subiecto, & definitionem, ac essentiam suam alteri naturae tribuat: quae communicatio in scholis τῆς μετέθεσιν sive μετέθεσιν nomine indigitatur.

XXIX. Interim vero propria sic certè communicari, ut unius naturae manent solummodo propria, vim vero suam & efficaciam in aliam naturam porrigant & realissimè ac efficacissimè exerant. Atq; hoc declarat sanctus hic liber, Similibus ductis ab anima & corpore, ferro & igni: Et hac communicatio συνδιασμός sive μετέθεσιν definitione describitur.

XXX. Et miranda sanè hoc loco venit effrons adversariorū malitia, qui nostras Ecclesias physicae transfusionis, aut essentialis Cōmunicationis λαιδογίας praegravant, dum utuntur phrasibus (realis cōmunicatio, realiter cōmunicari) cum tamen ad unguem sciant, nostros Theologos haece locutiones verbali cōmunicationi opposuisse ut patet ex Form. Conc. A + Neg.

XXXI. Neq̄ statim sunt ἀντίστοιχα hac duo ut ex humana rationis territorio verius ex cerebri sui liripipio belle pronunciant hi doctorculi: Quicquid est reale, illud est physicum: Fero contra εὐσέσιον: Personae Trinitatis realiter inter se distinguuntur, non tamen Physicè, aut essentialiter.

XXXII. Ergo iam constat, qualitatem huius κοινωσίας esse realem non Logicam, non verbalem, non Physicam, non essentialem: Quippe quae sequitur conditionem sui fundamenti, unionem personalem, quae realis, imo realissima est. Hebr. 2. v. 4.

XXXIII. Quae de vocabulis effusionis & mixtionis movent, levia sunt, & in disputationis cursu facillimè expediuntur.

XXXIV. Realis huius communicationis tria genera Formul. Conc. constituit. 1. Quia doctrina hac de Communicatione idiomatum convenienti discrimine & distinctè tractanda ac explicanda est: 2. Quia propositiones, quibus utimur in hoc mysterio non sunt omnes unius generis, aut modi.

XXXV. Primum genus, quod veteres ἰδιοποίησιν, sive ἰδιοποίησιν indigirunt, sic definit Concordia: Quod cum in Christo duae sint distinctae naturae, quae essentiis & proprietatibus suis neq̄ mutantur, neq̄ confunduntur: Vtriusq̄ vero naturae tantum sit una persona: Ea quae unius tantum naturae propria sunt, alteri naturae non seorsim quasi separata sed toti personae, quae simul Deus & homo est attribuuntur, sive Deus sive homo nominetur.

XXXVI. Huc pertinent locutiones: Dominus gloriae crucifixus 1. Cor. 2. v. 8. Auctor vitae interfectus Act. 3. v. 15. Filius Dei tradit semetipsum pro nobis Gal. 2. v. 20. Deus proprio sanguine sibi acquisivit Ecclesiam Act. 20. v. 18. Item ex Apostolico Symbolo, Filius Dei de Spiritu S. conceptus, ex Maria nato, passus mortuus.

XXXVII. Iubet hoc loco Concordia vitare Ζῶνγλι ἀλλοίωσιν, quae nugatur Filiū Dei in hisse predicationibus tantū supponere pro humana natura. Ab hac sententia proximè absunt contendentes tribui filio Dei humanitatis passiones, mortem &c. tantum per accidens, Synecdochicè, καὶ ἀλλοίωσιν figuratè verbaliter.

XXXVIII. Respondemus: 1. Divisis energiis dividi etiā personā quia actiones & passiones naturarū reducuntur ad personam, quae suis naturis sunt efficaces: 2. Quicquid in assumptione carnis sub unionem venit, illud etiam & sic non naturae nude, sed proprietatibus suis instructa sub κοινωσίαν venerunt. Vnde fit ut ea quae sunt propria hominis in persona possit ipsi filio Dei tribuere. 3. Verbaliter erimus Deo reconciliati Rom. 5. v. 10. Figuratè ipse Iehova scilicet languores nostros tulit, non verè. Esaiæ 53. v. 4. ἀτόπον ἀθεολόγητον. 4. Faciunt huc dicta adstruentia ipsum Deum nos salvasse, & pro nobis passum esse. Esaiæ. 35. v. 4. Ose. 1. v. 7. Ierem. 23. v. 5. & 6. Esaiæ. 43. v. 15. & 24. Ioh. 3. v. 16. 1. Ioh. 4. v. 9. Rom. 8. v. 3. Vide plura de ἀλλοίωσιν in textu Concordiae. ΗΗ.

XXXIX. Huius generis tria sunt $\kappa\rho\iota\tau\eta\rho\iota\epsilon\iota\alpha$. 1. Concretivas tantum recipit locutiones. 2. Reciprocans predicationis alternationem habet, ut Filius Dei natus est ex Semine David, & Semen David est ab aeterno. 3. Adhibet notas distinctionis.

XL. Distinctive particulae hic non separandi, sed distinguendi usum habent & monstrandi, ex cuius naturae vi concreto alterius naturae proprietates ista competat ne ulla naturarum $\sigma\upsilon\gamma\chi\upsilon\sigma\iota\varsigma$ admittatur, Rom. 1. v. 3. 1. Tim. 1. v. 16. Heb. 9. v. 14.

XLI. Fundamentum huius primi generis est unio duarum naturarum in Christo hypostatica, in qua integrae quidem & distinctae manent naturae, earundemque proprietates Essentiales: Sed non seorsim, aut sigillatim subsistunt singulae: Verum ita sunt unitae, ut unum $\upsilon\phi\iota\varsigma\ \epsilon\acute{\epsilon}\mu\epsilon\upsilon\omicron\nu\ \sigma\upsilon\nu\ \delta\epsilon\tau\omicron\nu$ constituent.

XLII. Secundum genus communicationis idiomatum Cyrillo $\kappa\omicron\iota\nu\omega\pi\omicron\iota\upsilon\epsilon$ dictum, spectatur in executione officij Christi ubi persona agit secundum utramque naturam: seu ut concilium Chalcedonense loquitur, una natura agit seu operatur cum communicatione alterius. Atque sic secundum utramque naturam est Christus noster Rex, Sacerdos, & Mediator, Redemptor, caput & Pastor, Col. 1. v. 16. & 17. Ephes. 5. v. 23. & 29. Ephes. 1. v. 23. Ioh. 16. v. 7. Hebr. 4. v. 14. Ephes. v. 7. 1. Thim. v. 5. 2. Cor. 9. v. 21. Act. 4. v. 12. Luc. 7. v. 16. & c. 24. 6. 19. Hebr. 3. v. 1. 1. Petri. 2. v. 25.

XLIII. Qui hoc serio negant, evidentissime statuunt, nullam esse nostram redemptionem, nullam esse salutem nostram: Quod ita probo: Immutabilis iustitia Dei requirebat, ut sicut homo peccavit & caelestia bona perdidit: Ita etiam homo nobis consubstantialis illa omnia restitueret, quod sine infinita Dei virtute realiter ipsi communicata nunquam potuit.

XLIV. Fundamentum & causa huius secundi generis est una Christi persona, ex duabus constans naturis integris, ac proinde etiam, quoad actiones, cuiusque proprias, distinctas: Ita tamen respectu $\alpha\pi\omicron\sigma\epsilon\lambda\epsilon\sigma\mu\alpha\tau\omicron\varsigma$, aut $\epsilon\nu\epsilon\rho\gamma\epsilon\iota\alpha\varsigma$ $\delta\epsilon\alpha\nu\delta\rho\iota\kappa\eta\varsigma$ concurrentibus ut divina natura utatur humana seu organo, non tamen $\alpha\pi\epsilon\acute{\alpha}\kappa\tau\omega\ \kappa\alpha\iota\ \alpha\lambda\omicron\gamma\omega$: sed maxime efficaci: ac vicissim humana actio participet de divina virtute ut salutaris esse queat.

XLV. Tertium Communicationis genus $\beta\epsilon\lambda\tau\iota\omega\sigma\iota\varsigma$ $\eta\ \upsilon\pi\epsilon\rho\psi\omega\sigma\iota\varsigma$, $\eta\ \mu\epsilon\tau\alpha\pi\omicron\iota\upsilon\epsilon$ dictum vendicat sibi dignitates plane divinas, quas ex unione hypostatica assumpta caro a $\lambda\omicron\gamma\omega$ sibi communicatas, cum nemine sanctorum ullo modo communes habet.

Hec

46 Hac dona non sunt habitualia & finita animæ Christi subjective in-
herentia: Sed sunt essentialia divinitatis ἡ λέγει ἰδιώματα, de quo notetur
hac regula ἀξίως: Quicquid Filio DEI convenit per naturam: id conve-
nit Filio hominis per gratiam.

47 Fundamentum hujus communicationis est Scripturae certitudo. Da-
nie. 7. v. 14. Matth. 28. v. 18. Iob. 3. v. 35. Philip. 2. v. 9. Quæ dicta non possunt
referri ad divinitatem Christi, quæ ab æterno DEO Patri & Spiritui Sancto est
ὁμοῦς, & ἀμεταβλητός, sive quò ad meliorem, sive quò ad deteriore
statum. Num. 23. v. 19.

48 Tribus autem rationum momentis Concordia concludit, isthac
ἀξιώματα & sublimitates humanitati Christi competere. 1. ex ἀναλιπτότα
illa antiquitatis regula: Quicquid Christo in tempore datum est, id ei respectu
humane nature datur. 2. Iob. 5. & 6. Christo quæ est filius hominis, virtus vivi-
ficandi, & potestas exercendi judicij data est. 3. Scriptura quasi digitus in hoc
negocio in humanam Christi naturam intendit, cum inquit 1. Iob. 1. Sanguis
IESU Christi Filij DEI emundat nos ab omni peccato.

49 Notandum venit hoc loco utilissimum quoddam κριτήριον, quo agno-
scimus, quanam inter tertium hoc genus & reliqua duo sit disparitas: Et quæ
utrobique, predicationum diversitas. A 1 quidē differt: quia sit (mediante persona)
inter ipsas naturas, ut divina det, humana accipiat. 2. Reciprocatio in hoc tertio
genere locum non habet: Quæ ipsa communicatio ἰδιωμάτων non est reciproca.
3. Abstractivas etiam predicationes admittit. A 2. differt, quod ibi qualibet na-
tura agit, quod est sibi proprium cum communicatione alterius: In hoc verò
tertio genere humana nature, ultra essentielles proprietates verè tribuuntur si-
ve communicantur dona infinita.

50 Quia verò hoc tertium communicationis genus à χριστομάχοις po-
tissimum oppugnatur & illis sudes est in oculis: Placet de præcipuis communi-
catis idiomatis, & quæ aliquam ἐνέγγασαν per assumptam carnem exerunt, in
specie agere.

De Communicatione idiomatum in specie.

51 Sex sunt idiomata, quæ reali communicatione per hypostaticam uni-
onem assumptæ carni Christi obtigerunt: 1. Cultus & adoratio. 2. Potestas judici-
aria. 3. Potestas vivificandi. 4. Omniscientia. 5. Omnipresentia. 6. Omnipotentia.

52 Hoc ordine desumpto ἀπὸ τῶν γνωρισμάτων πρὸς ἡμᾶς progre-
grediemur ad τὰ γνωρισμῶτα ἐν τῇ φύσει. Constat enim in nostris Ecclesiis
totum

totum Christum uno cultu venerandum esse. Vnde ordine demonstrandi, qui est à posteriori & ab effectu, inferimus, carnem Christi etiam esse omnisciam, ubiq³ presentem, omnipotentem.

53 Proinde humanam Christi naturam in persona τὸ λόγος esse. 1. adorandam eo cultu, qui soli D E O penditur, probamus hisce dictis, Matth. 2. v. 11. Luc. 17. v. 13. Luc. 18. v. 37. & 38. Ioh. 20. v. 26. Esai. 11. v. 10. Phil. 2. v. 10. Matth. 14. v. 33. Iohan. 14. v. 8. 9. 10.

54 2. Humanam Christi carnem per unionem hypostaticam potestatem dominandi & iudicandi esse adeptam, hæc arguunt effata; Ioh. 5. v. 27. Dan 7. v. 14. Matt 16. v. 27. Act. 17. v. 31. Act. 1. v. 11.

55 3. Humanam Christi naturam interventu unionis personalis in vivificationis communionem esse ascitam, hinc patet 1. Ioh. 1. v. 17. Hebr. 9. v. 14. 1. Pet. 1. v. 19. Apoc. 1. v. 6. Rō. 3. v. 25. Eph 1. v. 7. Col. 1. v. 14. & 20. Zach. 9. v. 11. Ioh. 1. v. 4.

56 4. Humanam Christi naturam in societatem omniscientiae venisse per unionem personalem, sic probamus hisce dictis. Esai. 9. v. 6. Esai. 11. v. 2. Col. 2. v. 3. Luce 2. v. 40. 1. Corinth. 1. v. 29. Psal. 45. v. 7. Esai. 61. v. 1. Dani. 9. v. 24. Iohan. 3. v. 34.

LVI. 5. Quod ex unione personali, quæ facta est. ἀδιαιρέτως, ἀχωρίτως ἀδιασώτως, & ἀδιασπάρως, omnipresentia humana natura Christi sit communicata, his obtinemus classicis scriptura locis. Matth. 18. v. 20. 28. v. 20. Mar. 16. v. 20. Ephes. 4. v. 10. Ioh. 3. v. 13.

LVIII Tandem omnipotentiam communicatam esse carni Christi per unionem hypostaticam, sic evadit manifestum: Dan. 7. v. 14. Filio hominis potestas æterna est data. Matt. 11. v. 27. Ioh. 13. v. 3. Ioh. 17. v. 2. Matt. 28. v. 18. Atq³ hæctenus de communicatione idiomatum in specie.

CAPVT TERTIVM.

[Antithesis, seu contrariæ et damnatæ adversariorum sententiæ reiectio.

59 Reijcimus 1. illorum sententiam, qui contendunt, ex unione hypostatica non fluxisse communicationem idiomatum realem, respectu naturarū. Bellarm. l. 3. de Incarnat. c. 10. Petrus Martyr dial. f. 10. dicimusq³ illos ad castra Nestorij, & Samosateni transfirre.

60. Reijci-

LX. Reijcimus illorum sententiam, qui statuunt, idiomatum communicationem tantum esse verbalē Beza ad acta colloq. Mompelg. f. 93. Vnde sequitur, quod humana natura in Christo sola pro nobis sit passa, & mortua. Vide Sadeelem f. 49. Consen. Calym. f. 18. & 122. Neostad. admonit. f. 70. & 250.

LXI. Reijcimus illorum sententiā: qui Christo ex parte humanitatis non nisi finita dona, seu gratias habituales concedendas esse aiunt. Colloq. Momp. f. 206. Confes. Heidelb. f. 67. Bellarm. l. 3 de incarn. c. 9.

LXII. Reijcimus tandem illorum sententiam: qui affirmant, Christum propter humanæ naturæ proprietatem in pluribus locis esse non posse, nedum ubiq;: sed divinitatem esse extra naturam humanam, quam assumpsit. Hanc sententiam Calviniani ad unum omnes acerrimè propugnant. Bellarm. l. 3. de Incarnat. c. 12. Hos errores omnes reijcimus & sentimus illos *Νεστωριανῶν* Nestorij & Samosateni errores in Ecclesiæ proscenium introducere.

Deus Optimus Maximus nos salvet in veritate, sermo
ipsum est veritas.


Ἐν προοίμῳ μέρει libuit hæc tria *περὶ τῶν*
subnectere.

1. Annè B. Lutherus sit monstrum quoddam ex utraq; hæresi, Eutychiana & Nestoriana temperatum, ut ineptè cornicatur *λογοδαίδαλῶν* ille Iebusita Bellarminus in præfatione de duplici genere hostium Ecclesiæ divinitatis Christi & l. 3 de Christo. c. 1. ? N

2. Annè hæc doctrina sit tradita in Augustanæ confessionis articulo tertio? A.

3. Annè probandum, quod Matthæus Sutlivius Theologus Calvinianus in præfatione refutationis Bellarmini de Sacramentis contra ubiuitatem illud Plauti ex Amphitruone urgeat: Nec potest fieri tempore uno, Homo idem duobus locis ut simul sit. Respondeo argumentum esse non hominis Christiani, sed Satane flagrantis odio in maiestatem Filij DEI Iuduet cordatus lector.

F I N I S.



Diff

De Comm
 turarum, & ca
 in

PRO F
 CHRIST

Quam assist
 SUB P
 Reverendi

Dn. LEON
 TERI, S. S, TH
 & Professoris in
 bergensi Publ. in
 Theologica

HERMANN
 Rig

Ad diem 7. ian
 VV

Ex Officina C



13

